

ad 1. ubi ait, carentiam rationis bovi esse privationem secundum genus, quia licet ratio repugnet bovi, quia bos non repugnat tamen animali, & hanc privationem docet nil dicere imperfectionis, 2. licet inoproducibilis in parte in divinis faceret eum imperfectum, quia carentia productionis passivae in eo est privatio secundum genus, nam licet repugnet parti, quae talis persona producti, hoc ei non repugnat, quia persona divina; eandem Doctrinam habet Doctor 5. Met. tex. 26. ubi optime explicat tres modos privationis ibi ab Arist. positos, & resolvit tunc tantum esse privationem proprie dictam, & quae imperfectionem inducit, quando deest forma debita, non tantum secundum rationem propriam subiecti, sed etiam circumstantiarum, unde catulo, qui secundum speciem, & individuum debet visus, ante nonum diem defectu circumstantiarum non est caecus, licet visu careat, falsum ergo omnino videtur sufficere, ut aliquid sit malum, & imperfectum, quod caret aliquo, cujus est capax tantum secundum genus. Confit. quia privatio oculorum, vel visus in planta est quodammodo privatio ex Arist. cit. & tamen non facit malum, nec imperfectum, alioquin privatio sensibilitatis in lapide idem faceret, quia substantia capax est sensibilitatis, ac rursus de quolibet ente creato possit dici esse malum, & imperfectum, quia caret infinita perfectione, quae illi convenit, vel saltem non repugnat, quia ens est.

Respondet rursus Lorca, privationem secundum genus communi non facere malum, sed bene si sit secundum genus particulare, vel subalternum. Verum videtur hoc gratis omnino dictum, quia si privatio secundum genus proximum scilicet animal Talpae facit malum, nulla vel apparens ratio dari potest, quare privatio vitae convenientis lapidi secundum quod corpus, non faciat malum, sed enim privatio secundum genus proximum facit malum ex ipso Lorca, quia genus illud pertinet essentialiter ad entitatem rei, & omnes perfectiones debet generari, debentur speciei, & si caret eis, erit imperfecta, sed superiora genera, etiam ipsum ens, essentialiter pertinent ad quodlibet inferius, ergo &c. Hinc Vulpes com. 3. part. 2. disp. cit. 127. art. 10. n. 19. & 20. ait in cubis iustitiae mali carentiam reditum esse vera non esse privationem, quia nulla est illius reditum debita, vel possibilis, sed esse puram negationem conformitatis ad rectam rationem vel actualis, & appetitum naturalis tantum, vel potentialis simul, & per talem negationem confitri intrinseca malos. Sed hoc est omnino absurdum, quia omnes reponentes malum in aliquo negativo unanimitur docent malitiam non posse esse puram negationem alicuius bonitatis, vel perfectionis, sed talis perfectio negata debet esse subiecto debita, naturaliter, vel moraliter, alioquin omnis creatura esset absolute mala, quia qualibet habet negationem alicuius perfectionis, & lectionis originis in divinis dici possent mala, & imperfecta, cum ex Scot. quod 5. dicant negationem perfectionis, & tamen ait Doct. ibid. non posse dici malas, ac imperfectas, quia non sunt entia quanta perfectionis capacia; & hoc ipsum vincunt rationes omnes supra allatae contra Loream, quod simplex negatio, immo haec etiam privatio secundum genus sufficiens est ad inducendam malitiam, & imperfectionem in aliquo subiecto.

323 Fatendum igitur est, adum quemcumque moralem nedum secundum genus, sed etiam secundum peccatum, & individuum, esse immediatum subiectum privationis peccaminosae, quatenus consideratur sub indifferentia passiva ad elici, & non elici, continuari, vel non continuari, sic, vel sic elici, quod ita declaratur ex Scot. quod 18. art. 2. sic enim voluntas ex se potest considerari dupliciter, vel ut sit sub indifferentia activa ad elicere adum, vel non elicere, continuare, vel non continuare, vel secundum ut iam est determinata, & in actu secundo ad alteram contradictionis partem ad elicitionem scilicet actus, vel non elicitionem, sic etiam adus ipsius voluntatis, quia ex se liber est passivus etiam in eo instanti, quo sit, ut voluntas activa, potest considerari dupliciter, vel ut sit sub indifferentia ad elici, & non elici, continuari, & non continuari, vel ut iam determinatus est ad alteram contradictionis partem, scilicet ad elicitionem, vel non elicitionem, & sicut quia voluntas indifferentes est activa ideò ipsa voluntas est debetrix reditudinis, ut aiebat Doctor 2. d. 36. E. & imputabilis active, ut loquitur quod 18. nam cum sit voluntas inferior, conformare se debet regulae, & legi voluntatis superioris, ita quia adus est indifferentes passivus, ut sic est imputabilis ad poenam, vel praemium, quatenus respicit contradictoria illa, ut determinata per determinationem legalem regulae superioris, & ut sic includit debitum ad elici, vel non elici, continuari, & non continuari, sic vel non sic elici, & per consequens sic considerari debet appetitum ad bonitatem, & malitiam, quatenus potest elici, vel non conformiter, ut dicitur de voluntate superioris, nam sicut se habet appetitum in naturalibus, ita debetum in moralibus, adus ergo ut sub hac indifferentia consideratus respicit contradictoria illa, tantum subiectum indifferentes, & capax utriusque, vel non physice, saltem logice, & moraliter quatenus de ipso actu, ut si irrumpere extremum potest enuncia, & consequenter erit ea pax eitudinis, vel malitiae consequentis ad illa extrema; ecce quo pacto adus quilibet in particulari est reditudinis capax, quomodo ea ratione quia voluntas ponebat capax & debetrix reditudinis, ac proinde privata, eadem ratione enim actus debet ponit capax reditudinis, & ea privata, voluntas quidem, active ita ut dicatur peccare, vel peccatrix; adus vero passivus, ita ut dicatur peccatum; hinc Doctor 3. d. 18. qu. un. k. notanter dixit peccatum esse privationem boni, quod debet inesse alicui elici, quando eli-

citur, & non inest, dicitur quando elicitur, & non quando elicitur est, ut intelligamus actum esse capacem reditudinis, quatenus sub indifferentia accipitur, & non quatenus ad alteram partem determinatur. Accedit quod adus illi, qui non sunt ex objecto materiali, sed tantum ex circumstantiis, possunt secundum substantiam redificari, si nimirum fiat cum debitis circumstantiis, ut coarctate de concubitu carnali cum conjugata, ergo secundum propriam entitatem physicam sunt reditudinis capaces, & per consequens, ut sic fundare posse privationem reditudinis debite, & hoc ita, quae patet quomodo nedum actus mali dumtaxat ex circumstantiis, sed etiam mali ex objecto & secundum substantiam sunt reditudinis capaces, ut nimirum considerantur sub illa indifferentia, nam ut sic quae respiciunt alteram contradictionis partem scilicet non elici, non continuari, in qua fundatur reditudo, hac, inquam, ratione habent capacitatem ad illam.

Sed Dices, veram privationem exigere in eo, quod denominat aliqua forma privatum, capacitatem, & potentiam subiectivam ad eam suscipiendam, ut patet de privatione formarum in materia, sed talis potentia, & capacitas non reperitur in actu odii Dei, vel mendacii, sed in eis potius contradictorios, nam in eis suspensione solum fundari potest, & subiecti debet reditudo, Conf. quia Scotus ipse d. 37. E. concedit istos adus intrinsece, & ex objecto malos esse omnino reditudinis incapaces, ergo frustra laboramus ad ostendendum eorum capacitatem ad reditudinem debitam. Demum debetum, vel obligatio moralis non competit alicui, sed voluntati, cui sit praecipuum, ergo solvi voluntati est debita reditudo, non autem actui, & ipsa sola est debetrix reditudinis, ut loquitur Doctor ibidem.

324 Resp. majorem esse universaliter veram in privationibus physicis, non autem in moralibus, quod declarari potest per quandam doctrinam, quam refert Scot. d. 14. qu. 1. M. & L. ex Boetio lib. 4. de consol. profa. 4. quod culpa est ordinabilis per poenam, & poena est ordinaria illius, & quando manet culpa impunita, manet etiam privata reditudo, & ordinatione, quam possit, & debet habere per poenam, sed licet duplex est poena, alia voluntaria, alia involuntaria, ita dupliciter habet ordinari per poenam, per involuntariam, ita potest, & debet ordinari, ut ipsa manens fundat ordinationem ad iustitiam, per voluntariam vero ita potest, ac debet ordinari, ut eius ordinatio fundetur in delectatione, & non exilentia, & tamen in hac voluntaria ordinatur, dicitur verè privata ordinatione, quam per hanc, vel illam habere potest, ac debet; quare ad constituendum moralem privationem in aliquo subiecto, sufficit negatio moralis debiti, quod per legem inducitur, & capacitas sui potentia quaecumque subiectiva scilicet, vel objectiva; talis autem potentia objectiva reperitur ad habendam reditudinem in actu odii Dei, ut sub indifferentia consideratur, nam ut sic respicit etiam aliam contradictionis partem, in qua physice fundari potest debita reditudo, & negationem actus fundare reditudinem idem est in re, quod fundari in actu, quatenus potest non elici, unde Morales communiter nunquam dicunt omissionem adus a lege praeci, sed potius adus a lege prohiberi, signum evidens, quod adus ipse aliquo modo fundare potest reditudinem moraliter, quod licet non contingat in tanto rigore sicut in subiecto physico, mirum non est, quia ut ait Arist. 1. Ethic. cap. 3. in rebus moralibus non exigitur exacta discussio rerum, ut in speculatione contingit, sed crassa quadam, & vulgaris explicatio secundum communem exilimationem hominum. Ad Conf. Doctor ibi loquitur de capacitate subiectiva, non objectiva, quatenus adus illi, qui dicit solent intrinsece mali, & ex objecto fundant eandem physicam entitatem non possunt fieri boni, sed licet evenire potest in aliis adibus non intrinsece malis; quod si potentia subiectiva potest privationem reditudinis ad legem ratione indifferentem, quam habet ad contradictoria activa, quia scilicet potest elicere adum, & non elicere, eadem quoque ratione potest adus fundare privationem ratione indifferentem passivae, quam habet ad contradictoria elici, & non elici, & ratione debiti moralis, quod habet ad non fieri. Ad ult. patet per idem, verum enim est a sumptum de debito, & obligatione morali activa, sicut indifferentia voluntatis activa, est fallum de passiva, haec enim actui convenit, sicut & indifferentia passiva, & ideò sicut voluntas ratione indifferentem active, ac debiti moralis activi, sicut operando legi superioris non conformatur, est imputabilis active, & debet peccare, sic etiam & adus ratione indifferentem passivae, & debiti moralis passivi; si legi superioris non sit conformis, est imputabilis passivae, & dicitur peccatum, & reditudo privatus; & in hunc modum explicandus est locus ille Doctoris adductus pro primo dictum modo, quod scilicet voluntas est debetrix reditudinis, concedimus enim voluntatem esse debetrixem, ea ratione, quia libera est, ut omnem actum suum eliciat conformiter regulae superioris, & quando non elicit carere reditudo debita, sed quis non tantum voluntas operans est libera, sed etiam actus ab illa procedens est liber, ac de causa & ipse fundabit debitum, & carebit reditudine debita, si non sit conformis regulae superioris; & quia carentia reditudinis in voluntate reperta oritur ex indifferentia passiva, & debito morali passivo, ipsum denominat peccatum, & debito morali passivo, ipsum denominat peccatum.

Sexto peccatum consistit formaliter in difformitate ad legem, vel regulam rationis, haec autem competit alicui odii, vel furis, ut tunc tunc debet ad quamlibet privationem ad ipsos consequentem, nam postea

postea precepto non furis, eo ipso opponitur ipsi voluntas furandi, nihil enim magis oppositum est carentiae furis, quae praecipitur per legem, quam ipsum furtum, ergo &c. Conf. quia oppositio, quae oritur in actu furis ad praecipuum negativum non oritur ex aliqua privatione superaddita, sed immediate ex eius positiva entitate, cum ergo sit aliqua malitia, & non in spece bonitatis, vel indifferentis, sane concludendum est esse in spece malitiae, cum alia species non reperiantur in genere moris.

325 Resp. majorem non esse veram formaliter a parte rei sed tantum per opus intellectus, qui privationem conformitatis ad legem in actu concipit ad modum cuiusdam relationis difformitatis, unde negatur minor, nam utrumque est furum secundum suam entitatem positivam immediate opponi non furto ex natura rei, non tamen secundum eandem entitatem opponitur eidem non furto, ut praecipuum, sed tantum prout privatum conformitatis ad illud praecipuum, prima oppositio non pertinet ad genus moris, sed tantum secunda, prima in actu furis praecedit privationem conformitatis ad legem, sed secunda eam supponit in actu, ut supra declaratum est nu. 307. Ad Conf. conceditur oppositio illam pertinere ad genus moris, sed negatur, quod oritur in actu antecedente ad privationem. At urgetur, quoniam per impossibile non resisteret privatio reditudinis post adum positivum, adhuc homo esset aequè punibilis, & odibilis Deo per actum positivum, quem posuit, & in cuius positione quantum est ex se dedit causam sufficientem, ut resisteret privatio reditudinis, ergo malitia formaliter magis consistit in entitate positiva praecedenti, quam in privatione sequenti, ubi enim principaliter invenitur odibilitas, ibi principaliter est malitia. Conf. quia privatio sequens est odibilis propter positivum antecedens, ex quo ortum ducit ergo ante privationem adesse malitiam. Resp. negando antecedens formaliter, si eam ne adesse privatio conformitatis ad legem, neque difformitatis, quae ad eam sequitur, certè nullo modo adus ille est formaliter malus, neque consequenter odibilis, nec homo propter eum punibilis, potest tamen concedi antecedens materialiter, ac fundamentaliter. Ad Conf. pariter conceditur assumptum materialiter, & radicaliter, sed negatur formaliter, sic enim potius adest odibilis propter privationem sequentem.

Sed contra hanc solutionem obicitur, actus, ad cuius positionem sequitur privatio reditudinis est formaliter malus antecedenter ad eam privationem, ergo adus odii est malus formaliter antecedenter ad privationem reditudinis, quae in ipso sequitur eo ipso, quod a voluntate ponitur, probatur assumptum exemplo adus, qui est causa omissionis, hic enim ex praesente, quod est causa omissionis, est formaliter malus. Resp. distinguendo antecedens, adus est formaliter malus antecedenter ad privationem, quae ex eius positione sequitur in actu odii, verum est antecedens, quae ex eius positione sequitur in ipso, fallum est antecedens, quae privationem quae formaliter malus antecedenter ad malitiam, quae ipsum formaliter malum denominat; ad probationem antecedentis dico exemplum illud probare de sequela privationis in alio actu, non in eodem, & tunc utique actus, qui est causa talis malitiae, est formaliter malus, non quidem per positivum sui entitatem, sed per privationem reditudinis debitam, quam fundat eo ipso, quod potest, & debet non esse causa talis sequela, & tamen est.

326 Septimo, sicut se habet falsitas in intellectu, ita se habet malitia moralis in voluntate, sed falsitas est adus positivus intellectus, vel saltem eum involvit, ergo & malitia. Respondet Saltes lupracit. concedendo pariter, sed negat minorem, quia etiam falsitas in privatione consistit, sicut malitia. Sed disp. 10. Log. q. 2. art. 4. dictum est, quod licet falsitas, ut opponitur veritati in essentia, in privatione consistat, non consistit ex dictis in hac disput. tamen ut opponitur veritati complexae, sicut falsitas in argumentatione, consistit in positivo relatione disconvenientiae, & difformitatis intellectus ad objectum, nam, unde & ibidem in solutione ad 1. ad primum intellectus, malum autem morale est defectus perfectionis, potest autem defectus esse sine positivo, ut patet in naturalibus, deceptio vero nunquam intelligi potest sine actu positivo intellectus.

Octavo, Adus moralis in communi est quid superius essentialiter ad bonum, & malum moraliter, sed adus moralis in communi est quid positivum, ergo & differencia, per quas contrahitur ad determinatas species, & per consequens species ipsae sunt positivae, nam privativum non potest directe, & essentialiter contrahere positivum, nec esse eius species, quia differencia non destruit, sed perficit naturam generis.

Respondet Salas cit. a sumptum sumptum praecipue pro actu libero, & humano non dividi in bonum, & malum moraliter, ut generis in species, sed ut subiectum in accidentia; sumptum vero pro actu libero eum habitudine ad legem, vel regulam rationis dividit in bonum, & malum moraliter, ut analogum in sua analogia, quia dicit aliquod commune ad positivum, & privativum, privativum autem, & positivum nihil est commune univocum. Haec dam, cum enim inveniuntur partem optima est, sed deficit quoad secundum, & malum, ut analogum in sua analogia, ut sic, dividi in bonum, vel ita intelligit, et illud commune analogum dicit communiter nominis, & non aliquam unitatem rationis, & tunc argumentum non solvitur, quia directe probat dari debere talem unitatem rationis moralitatis in communi, quia tam bonitas, quam

malitia sunt verae species eius; si verò ita intelligit, quod illud commune dicat quidem etiam communitatem rationis, non tamen univocam, sed analogam, quia positivum, & privativum nihil est commune univocum, adhuc deficit, tum quia unitas rationis semper infert univocationem eius, ut constat ex dictis disp. 2. de univocatione entis, tum quia ratio probans positivum, & privativum dari commune univocum, aequè bene probat nullam proforsus dari communitatem rationis ad illa, ut constat ex eadem disp. 2. quaest. ult. art. 3.

327 Itaque dicendum est, quòd si genus moris ponatur genus univocum dumtaxat ad bonum, & indifferens, ergo univocum verò ad haec, & malum, ut multi sibi sunt, quia privativum, & positivum nihil est commune univocum, ita negandum est malitiam esse veram, & propriam speciem in genere moris in deest directe sub eo positam, nam iuxta hanc viam reducere tantum, ponitur sub genere moris, & ita docet D. Bonav. 2. disp. 34. art. 2. quaest. 3. ad argumentum. dum ait malum esse in eodem genere cum bono, sed hoc non est propriè, & secundum rectam ordinationem, sed hoc est per quendam reductionem; Si verò genus moris ponatur univocum, ad bonum, malum, & indifferens, ut ad tres species sub se directe contentas, tunc negandum est genus moris, ut sic, in aliquo positivo consistere, & dicendum, quod in tali abstractione praecedat a positivo, & negativo. Et cum dicitur, positivum, & privativum nihil esse commune univocum, respondetur veritatem illius propositionis non esse immediatam, sed mediatam, ut notat Doct. 1. d. 29. quaest. un. dependet enim ex hac alia propositione, ei quod est simpliciter tale, & ei quod est secundum quid tale nihil est commune univocum in quid, positivum, & privativum, illa huiusmodi, ergo &c. at minor haec non est vera, nisi membra illa comparentur ad aliquod commune praedicatum, quod uni simpliciter, & absolute competat, & alteri membro, non nisi concipiatur ad modum rationis, sicut se habet hoc praedicatum ens, ad ens reale, & rationis, positivum, & privativum. Quod si comparentur ad commune praedicatum, quod utique aequo simpliciter, & absolute competat, ab eo quod unum concipitur ad modum alterius, falsa est illa minor, quia de causa dicebamus disp. 1. Physic. qu. 1. num. 9. rationem principii convenire uni voce foris, & privationi, licet non ratio entis, quia ut privatio dicatur, talis scilicet principium generationis, non exigit quod concipiatur ad modum formae, & principii per modum termini ad quem, sed tunc verò concipitur talis, quando concipitur ut privatio, & terminus quo, quod non verificatur de ratione entis; ita igitur est in proposito, quod hoc commune praedicatum moralitatis, ut de malitia dicatur, non requiritur, quod ipsa concipiatur ad modum bonitatis, sed sufficit, quod concipiatur, ut in pura eius privatio, & ideò dicere potest conceptum commune univocum ad utrumque, idque satis probabiliter sustineri potest, ut dictum est loc. cit. in Physicis.

Postremo arguunt Thomistae, species malitiae sumitur ex conversione ad objectum debitum in, non autem ex avertione, ergo erit species positiva, non privativa, probant assumptum multipliciter, tum quia avertio, cum sit privatio, non potest esse neque genus, neque species. Tum 2. quia ex parte avertionis omnia peccata conveniunt, singula namque dicunt avertionem in Deo. Tum 3. conversio ad objectum rationi consonum dat primam bonitatem, ergo conversio ad objectum rationi dissonum dat primam malitiam. Tum 4. species, & essentia peccati desumi debet ab eo, quod est per se in eo, sed conversio est per se in peccato, avertio per accidens, quia peccans per se intendit conversionem, per accidens avertionem, nemo namque aspiciens malum operatur ex D. Anselmo. Tum 5. de ratione peccati est esse voluntarium, ergo specificari debet ab eo, quod per se a voluntate intenditur, & id est conversio, non avertio. Tum 6. quantum est ex parte avertionis, peccatum nihil est, ergo ex ea parte non habet speciem, sed potius defectum speciei, unde August. lib. 4. 3. qu. quaest. 6. peccatum, ait, non habet speciem, neque modum. Tum 7. peccatum est actus voluntarius in ordine ad aliquod objectum positivum contrarium rationi, sed voluntas fertur in bonum verum, vel appetens, & non in nihil, ergo ab illo objecto sumitur species. Tum 3. peccatum commissivum est aliquod positivum pro formali, & non privativum, in hoc enim distinguitur a peccato omissionis, ergo peccatum saltem commissivum specificari debet ab objecto indubitato.

328 Respondet negando assumptum, ad primam probationem dicimus valere de specie positiva, non privativa, sicut enim privationes specie inter se distinguuntur per habitus, ita etiam secundum quid, & suo modo speciem constituunt. Ad 2. dicitur ex Scot. in 2. disp. 37. D. quod sicut non est de ratione peccati avertio formalis a Deo, sed tantum virtualis, quae est etiam formalis ab aliquo eius praecipuo, ita per hanc, & non per eam specificatur, & distinguitur ab alio, & licet illa sit eisdem rationis in omni peccato, non tamen ista, sed multiplicatur ex multiplicatione conformitatum ad diversa praecipua. Ad 3. negat paritas, cum enim bonitas sit quid positivum, poterit utique ab objecto derivari in actum morale, non sic malitia, cum sit privatio, ab objecto dissona. Ad 4. conceditur maior, & negatur minor, quia conversio in peccato se habet, ut materiale, avertio autem, ut formale, ad probationem conceditur rursus conversionem per se intendi, non avertionem, ceterum ex hoc potius sequitur conversionem per se non pertinere ad peccatum, quia malitia non

per se intenditur, & directè, sed per accidens tantum (& indirectè). Ad 5. nego antecedens de per se voluntario, & directè, non enim est de ratione peccati, quod fit directè, ac per se volitum, immò hoc ei repugnat, cum ratione boni careat, sed sufficit esse volitum per accidens, & indirectè, sicut alie privationes, cui accedit voluntarium non esse de ratione peccati, sed ei presupponi, immò toti esse moris. Ad 6. procedit argumentum de specie positiva, de qua Aug. loc. cit. non de privata, quam solum habet peccatum, immò argumentum urgetur contra Thomistas voluntas peccato tribuere speciem positivam, cum tamen Aug. dicat non habere peccati, neque modum. Ad 7. concludit argumentum de peccato pro materiali, quo sensu est adus voluntarius non pro formali, ut hic de ipso est sermo. Ad ult. negatur assumptum ad probationem dicendum illam differentiam inter peccatum omninois, & commissiois assignatam spedare ad materiale, non ad formale peccati, alia quædam argumenta minoris momenti solvantur ex dictis.

QUESTIO ULTIMA.

De divisionibus mali, & causis eius.

325 Circa divisiones mali non est multum impugandum, cum enim malum quod cum que formaliter in privatione consistat, ut in superioribus hæcenus probatum est, & privationes dividantur, & multiplicentur, sicut habitus oppositi, consequenter totæque, vel species malitiæ erunt assignandæ, quot assignatæ sunt bonitati supra qu. 12. quia unaqueque species, & gradus bonitatis habet suam peculiarem malitiam oppositam. Præcipua tamen inter omnes mali divisiones est illa, quæ dividi solet præsertim à Theologis in malum naturæ, malum pœnæ, & malum culpæ. Malum naturæ dicitur contentum naturalis perfectionis rei debite secundum naturam eius constitutionem, de quo satis in superioribus, quo pacto monstrat appellatur mala naturæ, & hoc malum potest esse commune omnibus creaturis, sive animatis, sive inanimatis. Malum pœnæ, quod est commune tantum viventibus vita sensitiva, vel intellectiva, est contentia boni conventionis naturæ sensitivæ, aut etiam intellectivæ secundum affectionem commodi, ut explicat Doctor 2. dist. 37. lit. G. Malum tandem culpe dicitur contentum perfectionis, vel rectitudinis debite voluntati, & actibus eius secundum affectionem iustitiæ, & coincidit cum malo morali, & hoc malum tantum reperiri potest in creatura intellectu, quatenus libere operatur, & cum adverteantia ad regulam rationis, habet enim quandam regulam, & prudentiam dicendam, juxta quod tenetur suas regulare, ac dirigere operationes, à qua regula statim ac deficit, malum culpæ incipit, quod consistit, ut regulam in defectu debet rectitudinis in operatione libera. Et quia cum sic deficit, sicut redditur vix merito digna, ita pariter punitione, si incutit culpæ aliquid ei indignatur contra eius voluntatem, dicitur incurrere, & subire malum pœnæ.

Hinc colligitur aliqui, quod quando aliquid afflictivum, & quod sit contra eorum appetitum infligitur brutis, non esse propriè malum pœnæ, quia non infligitur intuitu culpæ, propriè enim pœna culpam respicit, & ab ea originem ducit, quatenus pœna infligitur propter culpam, & ex demerito culpæ. Et similiter dicunt, quod cum quis seipsum macerat jejuniis, aut verbis castigat, si id fiat intuitu culpæ, habet quidem rationem pœnæ, quam voluntariè suscipit, verum si id fiat absque intuitu culpæ, non habet rationem pœnæ propriè dicitur, quia deficit debita conditio, quod lex demerito culpæ, sed solum habet rationem cujusdam afflictionis, & ideo impropriè dicitur pœna; ita Pasqualig. tom. 2. Metaph. disp. 79. sect. 1. Cæterum tantus rigor in acceptione mali pœnæ non placet, quamvis enim malum pœnæ ita soleat usurpari à Theologis, cum tradant de pœnis damnatorum, ac animarum purgantium, quatenus eis infligitur sine iustitia punitiva Dei ex demerito culpæ, tamen absolute loquendo, & ex ratione formalis ipsius mali pœnæ reperiri potest sine ordine ad culpam, nam pœna non solum largo modo sumpta sed propriè pro afflictione pœnali contra appetitum sensitivum, in eadem creatura rationali, sed etiam in brutis reperiri potest, in quæ tamen nulla potest cadere culpa.

330 Quoad alteram quæstioni partem de causa mali pro eius intelligentia est advertendum, quod cum queritur, an mali defectus causa, & quamnam sit, non est sermo de quocumque malo, sed de illo quod reperitur aliquo pacto in rerum natura ad modum aliarum privationum, malum namque transcendens, cum nullo pacto in rebus reperitur, quia est mera negatio extræ genus, nullumque habens subiectum merito cuius dicitur dari in rerum natura, nullam consequenter potest habere causam. Et quidem in primis certum est apud omnes præsertim catholicos malum eo modo, quo reperitur in rerum natura, non habere causam efficientem, quasi dicitur summum malum, quod sit causa omnium malorum, ut Manichei somnabant, quia ut arguit Doctor 2. dist. 37. qu. un. §. ad ultimum quæstionem, nullum est primum malum, aliquum illud caret in se in summa perfectione nisi sibi conveniens, sed nulli nata est convenire summa perfectio, nisi summum bonum in natura, igitur summum malum esset summum bonum in natura, & ita Deus, quia nihil aliud à Deo est summum bonum in natura, & denique ut perspicue deducit Doctor ibidem ad hanc Manicheorum heresim

multa alia sequuntur inconyeniencia, non tantum contra fidem, sed etiam contra Philosophiam. Et quamvis ponendo malum naturæ, aut pœnæ pro diconyeniencia acceptum in aliquo positum consistere, posset huius generis mali causa assignari positiva, nam calor malus aquæ caulatur ab igne, & sic de aliis; tamen ponendo malum universaliter consistere in alicuius boni privatione, ut fancitum est in superioribus, certum esse debet nullam eius assignari posse causam positivam, quoniam cum sit sola privatio in sua formalitate sumptam, non potest per se terminare positivum influxum, qui semper aliquid ponit in re, quare restat, ut solum causetur consecutivè, vel privativè, in quantum causa efficiat aliquid, ex quo sequitur privatio, vel in quantum fluxum subfrahit, qui sequitur ab utroque bonum oppositum, quo sensu dicitur malum habere causam deficientem, & non efficientem: quod satis constat de ipsa cæcitate, hæc enim non per se efficitur in oculo positivo, sed dicitur consequi ex illa causa, quæ opponit impedimentum visui; aut ex defectu illius causæ, quæ non conferat visum; quem casualitatis modum antiquiores Doctores D. Thomas part. 1. quæst. 49. art. 1. & Bonaventur. 2. dist. 44. quæst. 3. art. 1. & alii Scholastici per accidens appellabant, ita ut bonum sit causa mali per accidens, quia præter intentionem, nulla enim causa intendens ad malum operatur, sed intendens ad bonum aliquod suum, ex quo sequitur malum alterius rei. quæ dicitur modo subtiliter more suo examinat Doctor loc. cit. §. secundus de modo ponendi.

Et quidem hic dicendi modus, quod malum habeat solum causari per accidens, nisi bene explicetur cum Doctore loc. cit. patitur difficultatem, ut enim ipse arguit ibidem, si accidentalitatis sumatur ex parte effectus, pura, quod voluntas per se intendat positivum in effectu, cui per accidens conjugitur deformitas, & illam deformitatem non per se intendit voluntas, sicut est in formis, tunc bene videtur esse causa, quod est salutum, quia causale, non est peccatum. Tum quia si totum per accidens est voluntas causæ peccati, quia præcise volit illud positivum, ad quod sequitur illa deformitas, cum Deus etiam per se velit illud positivum, ad quod sequitur illa deformitas, sequitur Deum perinde esse causam peccati, sicut est creatura, sive dicitur causa per se, sive per accidens, sive positiva, sive privativa. Tum quia malum pœnæ licet non sit propter se intentum, tamen propter aliud aliquo modo potest intendi scilicet ut medium, & dispositio necessaria ad aliud bonum introducendum, & sic de facto intenditur à Deo ad ordinandum culpæ, & offendendam suam divinam iustitiam. Tum quia si malum ideo est per accidens à bono, ac præter eius intentionem, quia non est per se connexus cum eo, quod per se causatur, sed per accidens, & contingenter, quoniam consistit in defectu, qui non potest per se connecti cum bono, ut multi expliçant; palam est hanc explicationem deficere, quia ut plurimum privatio, in qua consistit malum naturæ, vel moris, necessariè conneditur cum bono, in quo fundatur, & cæteras namque necessariè conneditur cum humore noxio, & privatio frigoris cum calore in aqua, non autem contingenter, & merè per accidens, & sic etiam privatio debite rectitudinis in actibus peccaminosis, & præsertim intrinsecè malis, ergo hoc capite potius habebit malum causam per se, quam causam per accidens in eo sensu, quo casualitas ista accidentalitatis explicanda est, ut facit Doctor cit. & nos etiam postea explicabimus.

331 Verum præcipua difficultas est de causa mali morali, seu peccati, quomodo sola creatura dicitur eius causa, & non Deus, cum tamen ad actum peccaminosum, seu materiale peccati, cum quo est per se, & necessario connexus privatio, in qua consistit peccatum, non minus, immò magis principaliter concurrat Deus, quam creatura, ergo cum sit causa illius entitatis positivæ puta odii, vel blasphemiarum, cum qua est necessario connexus privatio, in qua malitia consistit, erit quævis causa illius malitiæ formalis eo modo, quo privatio potest causari, nec enim homo aliter causat illam privationem, nisi causando positivam, ad quod consequitur. Confirm. quia ille est causa peccati, qui sciens, & volens producit aliquem actum, cui necessario est annexa malitia, sed hoc facit Deus concurrendo ad actum peccati, ergo &c. Conf. rursus, quia duo sunt in peccato actus scilicet & malitia, si actum spectemus totus est à Deo, & totus ab homine, si malitiam, nec à Deo, nec ab homine intenditur, ergo est par ratio de homine, & de Deo. Demum argumentum istud, nedum urget de actibus intrinsecè malis, & ex objecto, sed etiam de actibus tantummodo malis ex circumstantia, quia non alia de causa liberum hominis arbitrium est causa peccati, nisi quia est causa positiva operationis tali loco tempore, & cum talibus circumstantiis, quæ necessariè habent annexam malitiam moralem, ut quod aliquis sciens, & abique necessitate carnes comedit die Veneris, sed mortaliter, quia actus ille positivus tantibus illis circumstantiis, & prohibitione de non comendo, inseparabiliter habet annexam malitiam, cum ergo Deus cooperetur huic adui ita circumstantiatione, videtur etiam esse causa difformitatis, sicut liberum hominis arbitrium.

Quamvis hæc difficultas sit merè Theologica, tamen quia hic vestigamus causam mali efficientem in universum, non est abs re illi satisfacere, quia in re sunt variè modicè dicendi. Communis, & frequens dicendi modus apud Theologos est, quem præfert, & sequitur Pasqualig. disp. 7. sect. 2. nu. 7. quod nimirum duplex voluntas ponitur in Deo, una positiva, quia scilicet positivè intendit,

tendit, & vult fieri, alia permissiva, qua non vult aliquid fieri, sed tamen permittit causam operantem priorem modum causæ potest Deus esse causa duplicis mali naturalis scilicet & pœnalis, certum enim est posse Deum in aliquo ente destruere aliquam ex ipsius perfectionibus tam accidentalibus, quam integrabilibus, & simul causare in ipso privationem bonitatis, & hoc pacto erit causa in rebus mali naturalis, & similiter potest infligere debitam pœnam, ut de facto infligit damnatis, & sic causat malum pœnæ in rebus. Alterius autem mali, ut est morale malum, aut ergo dicitur, quod aliud, quod in causa præsupponit aliquem defectum, Deus non est causa positiva, sed tantum permissiva, creavit enim Deus causas naturales, quæ in suis operationibus deficere possunt, sive naturalis sint, sive morales, & quia ut ait Aug. Deus finit causas secundas suos motus agere, si aliqua in sua deficit operatione, Deus permittit eas deficere, & hoc pacto permissivo modo est causa peccati. Hic dicendi modus non satisfacit, & in primis deficit, unde inquit Deum per voluntatem positivam, & positivum influxum esse causam mali naturalis, & pœnalis, nam ut superadditum est, & Pasqualig. ipse faretur in illa eadem disp. sect. 1. nu. 2. malum nequit habere causam positivam, quæ per se in illud positivè influat, cum sit merè privatio, ut etiam ipse nobiscum defendit. Deinde quod addit de voluntate permissiva respectu mali morali, & peccati, quamvis sit verum, nisi tamen ulterius explicetur hæc voluntas permissiva, adhuc tota difficultas supra posita manet in suo robore, quo nimirum pacto ad malum morale Deus dicitur solum permissivè se haberi, cum per se, & positivè concurrat ad actum est substantiam, cum quo per se, & necessario concurrat, non minus quam homo, si ergo hæc ratione homo non permittit tantum dicitur esse causa mali, sed verè, & propriè, id ipsum eadem ratione videtur de Deo asserendum.

332 Secundus dicendi modus fuit Durandi 2. d. 37. quæst. 1. dicens Deum ob id non esse causam peccati, quia non concurrat immediatè cum causa secunda ad ejus operationem, sed mediatè solum, quatenus dedit, & conservat existentiam eorum, & yir-tutem ad operandum. Sed quamvis hæc Durandi opinionem in seholis obsolevit, & ab omnibus passim damnata erroris, ac reprobata, nuper Capucinus quidam Dolems in disput. de modo conjunctionis concupiscunt Deum, & creaturæ ad actus liberos ordinis naturalis suscitare tentaverit, & pro viribus virtutem, eam tamen hæc resutat vimus disp. 7. Phys. qu. 6. art. 1. ubi & defensione in Capucino illo Durando assumpam imbecilem esse demon-stravit, quia certè pro viribus in se ipsam illam dispositionem in frivolum appellat de modo conjunctionis concupiscunt Deo, & creaturæ, & effectus earum. Ex est rationibus ibi contra Durandum adductis præterea constat prædictam sententiam insulsi non posse quantumcumque limitetur ad solos actus malos, sicut aliqui limitare tentantur, concedentes concupiscunt Dei immediatè ad omnes alios effectus, præterquam ad actus malos. Nam contra hoc militant eadem rationes, tum quia actus odii Dei non habet minus entitatis physicæ, quando fit cum libertate, quam quando fit sine libertate, ergo si in primo actu produci potest à sola causa secunda sine concupiscunt Dei, poterit etiam in secundo, cum non requiritur maior virtus ad illum actum tum producendum, consequens autem est contra postea explicabimus.

333 Tertius dicendi modus est Cajet. qu. 71. art. 6. & 76. art. 2. qui dicit, Deum esse causam, & auctorem malitiæ morali, quæ in positivo reali consistit, non verò aversiois ab ipso, & a lege, quæ quidem est privatio consequens malitiam moralem, & sic de essentia peccati, non vero mali morali. Sed hæc opinio facile reicitur ex dictis præced. quia frivolum est distinguere malum morale, & peccatum, vel Deum esse causam mali morali, sed non mali absolute. Tum quia satis per se absurdum est asserere Deum esse causam mali morali. Tum quia non potest explicare Cajet. quomodo Deus sit causa illius entitatis positivæ, ad quam sequitur privatio, quæ est peccatum, & non sit causa ipsius privationis, nam quod est causa formæ, ad quam necessario sequitur privatio, necessario videtur esse causa ipsius privationis, quia ratione concedit Cajet. Deum esse causam privationis actus iudicis, quæ consequitur ad actum virtuosum, ergo idem debuisset dicere de aversione à Deo, & a lege.

334 Quartus dicendi modus est asserens, quod Deus est causa actus, non tamen privationis ad ipsum consequentis, quia privatio non consequitur ad actum, prout est in Deo, sed prout est ab homine, consequitur enim ad actum non utcumque, sed est prohibitorium, atque ideo solum in ordine ad illud agens, quod habet debitum ponendi contrarium, vel saltem ab illo cavendum, quod debitum non habebat Deus, sed homo, & ideo non Deus, sed homo solus est causa illius privationis. Verum licet hoc dicatur à multis Scotistis, & præsertim à Vulp. tom. 3. p. 2. disp. 138,

art. 1. si tamen ita absolute intelligatur, ut profertur, non satisfacit, non enim queritur in presenti, cur homo, & non Deus dicitur peccare per illam privationem consequentem, quod tantum salvat allata solutio, sed cur Deus non dicitur causa illius privationis, ad hoc autem non videtur referre, quod Deus habeat vel non habeat debitum, non sicut Deus non habet debitum ponendi calorem in aqua, & tamen dum causat frigus in ea, dicitur erit causa privationis caloris, quæ inde resultat, ita pariter causans odium dicitur causa privationis amoris, quæ inde sequitur ut quod voluntate. Deinde à priori Deus causat positivè odium, ergo Deus est causa, quod homo habeat odium, sed homo non alio modo causat privationem actus contrarii, nisi habendo odium, ergo Deus est causa, quod homo in se causat privationem amoris, ergo licet non imputetur Deo ad culpam illa privatio, quia non habet debitum ponendi amorem, nec licet actus est ei prohibitus, adhuc tamen erit causa, quod imputetur homini ad culpam, & quod homo sit culpabilis, & sic tandem erit causa peccati hominis, licet non peccare dicitur. Neque verum est, quod ait Vulp. loc. cit. Scotum ex hoc capite 2. disp. 37. salvare, quod Deus non sit causa peccati, nam ex alia ratione id deducit, ut postea constat ex eo autem capite tantum salvat Deum peccare non posse, & privationem sequentem illi imputabilem non esse, ut constat ex §. ad argumentum a. quæstionem.

335 Quintus dicendi modus, qui d. Thomæ, & Bonavent. solent attribui, inquit, quod quod peccatum formaliter in privatione consistit, & defectu ideo non est querenda causa efficiens ejus, sed deficientis, & hæc erit homo, cum Deus, defecere nequeat, solet adduci exemplum de claudicatione, quæ non refertur in virtutem motivam, sed in debilitatem, vel infirmitatem tibiarum. Hæc solutio potest habere duplicem sensum, primus est, quod Deus non potest dici causa efficiens peccati, quia formaliter est privatio, quæ nullam habet causam efficientem, sed potius deficientem, & si in hoc sensu intelligatur, non solvitur argumentum, ut bene notat Doctor loc. cit. §. Tertio modo ponitur, quia homo etiam non est causa efficiens privationis, & tamen hic quærimus de causa efficiente peccati eo modo, quo causam efficientem habere potest, & homo non aliter est causa efficiens privationis, in qua peccatum consistit, nisi causando actum positivum, ad quem necessariè consequitur illa privatio, ergo si Deus est causa verè, & propriè actus positivus, non potest non esse causa privationis, quæ necessariè consequitur, sicut si Deus causat calorem in subiecto, causat etiam contentiam frigiditatis, etiam talis contentia propriè, & secundum se non procedat à causa efficiente, & influxu positivo, quia quid positivum non est, ratio autem à priori est, quia qui est causa causæ, est etiam causati causa, saltem quando unum ex alio necessario consequitur, tunc enim qui vult antecedens, vult etiam consequens implicite, quod ex illo antecedente necessario consequitur. Accedit quod peccatum habet causam efficientem aliquo modo, & tale efficiens poni solet voluntas creata non alia ratione, nisi quia efficit id, ad quod necessariè sequitur malitia, & creatio; & hæc ratio dicitur deficere, ergo cum Deus efficiat id ipsum cum voluntate creata, consequenter dicitur causa illius privationis consequentis, & causa peccati, & hæc ratione etiam ipse dicitur deficere.

Alter sensus istius solutionis esse potest, Deum non posse deficere, sed utique hominem, quia homini imposta est lex, à qua deficere potest, non autem Deo, & solutio in hoc sensu coincidit cum quarto dicendi modo, & impugnat, sicut ille, qui scilicet per hoc probatur solum Deum peccare non posse, non autem esse non posse causam peccati. Accedit, quod loquendo de lege æterna, quæ Deum prohiberet ex se malas, volunt multum Deum esse sibi ipsi legem, ac prout quæ à sua lege defecisset, sicut homo, si est causa privationis consequentis actum peccaminosum, Rursus defectus actionis est quid necessariè consequens eam, sicut privatio frigoris sequitur calorem, & sicut hæc privatio non sequitur ex defectu causæ, quæ calorem efficit, sed ex ipsa forma caloris, ita privatio rectitudinis, quæ est peccatum, non est propter defectum existentem in voluntate in actu primo, sed propter conversionem à suo ad tale obiectum, ergo qui est causa talis conversionis, erit etiam causa illius defectus, patet sequela, quia homo ideo est causa illius defectus, quia posuit illam conversionem, ergo assignanda est ratio, quare Deus ponens illam conversionem non sit causa defectus. Ex quo patet exemplum de claudicatione tibiarum non esse ad rem, quia claudicatio illa supponit defectum in causa, & sequitur ex defectu causæ, ad defectus, in quo consistit peccatum, non procedit ex defectu causæ, sed sequitur entitatem illius actionis, sicut privatio frigoris sequitur ex ipsa forma caloris, & non ex aliquo defectu causæ, quæ calorem efficit. Tandem peccatum potest procedere à voluntate recta, & ita fuit in Adam, quia Deus ab initio fecit primum hominem rectum.

336 Sextus dicendi modus est Vasquez par. 2. disp. 129. cap. 7. dicens Deum non esse causam peccati, quia peccatum, ut peccatum liberum, & ut liberum non est à Deo, sed à voluntate creata, quæ sola operatur liberè, & moraliter eum actum; quod aliis confirmat, quia libertas est denominatio extrinsecæ in actu, unde idem numero actus odii Dei, qui modo est peccatum, quia fit liberè, & cum advertentia rationis potuisset non esse peccatum, si elicitus fuisset sine advertentia rationis sufficienti ad culpam, cum

fare, quod illud velit formaliter physicè, & non velit interpretativè in genere moris...

34.5 E contra vero creatura semper est causa moralis utriusque in peccato, nempe materialis, & formalis...

ralis peccati, hoc sufficit, ut peccatum reducatur in ipsam, tanquam in per se causam...

DISPUTATIO SEXTA

De passionibus entis complexi actu, & Potentia; Necessario & Contingenti; Eodem, & diverso,

Post Disputationem de passionibus entis simplicibus, & incomplexis, ubi, vero, & Bono, sequitur Disputatio de Complexis...

QUESTIO PRIMA

De potentia activa, & passiva, ut spectant ad Metaphysicam.

Requenter Doctores notant potentiam sumi posse dupliciter, uno modo ut est principium operandi, vel patiendi...

Hoc, inquam, fallum est, & contra Doctorem, qui loc. cit. 9. Metaph. q. 4. sic sunt videnda...

relationes causati, & causæ, sequitur quod ad Metaph. pertinet constitutere causam, & causatum...

Ex quo discitur Doctores constat falsitas discursus, quo Metaph. lib. 2. fuz Metaph. cap. 3. par. 6. qu. 1. conclus. 2. probare intendit...

non quia exerceri possunt in substantiis abstractis à materia, sed quia exerceri possunt sine motu, & mutatione...

Quamvis autem in hoc fenit potentia activa, & passiva ad Metaphysicam spectent, ut nimirum sine motu, & mutatione exerceri possunt...

potentiam esse passivam ut ipsum actum percipitur, sed intelligitur de potentia objectiva, & actu entitativo...

ARTICULUS I

Quid sit potentia activa, & passiva.

Potentia realis, latè sumpta pro quocumque principio agentis, vel patiendi dividitur in activam, & passivam...

pium esse quasi abstractum respectu eius, quod est principians, sicut enim calor est, quod calidum est calidum...

Alterum, quod notat Doctor ibidem, est, quod principium non tantum habet relationem ad principiatum, sed etiam ad alterum principium...

Ex his declarat Doctor definitiones potentie activæ, & passivæ ab Arist. loc. cit. traditas dicens definitiones illas insigniri de potentia activa...